

Dilecti filij salutē & apostolicam benedictionem. Superius proximo anno, cum dilecti filij Conservatoris Curie & Communitatis Civitatis nostre urbevetane significasset, quod nisi Pons Fluminis Tiberis
 prope eorum civitatem impolitus, qui impetu aquarum scinditurus erat, instauraretur, atque reficeretur, magnum viatoribus periculum mineretur, & quod ipsi parati erant de publico
 aliquam bonam contributionem, reparationi huiusmodi facere, & ipsum Pontem sub insignijs & nomine nostris instaurare, concedimus facultatē exigendi in Civitate
 & vicis urbevetanę, unam integram decimam a secularibus personis, & regularibus non exemptis, dilecto filio Bernardino de Augustinis Canonico urbevetano
 executori sup hoc deputato. Super autem nobis exposuistis, quod vos qui etiam Pontem super dicto flumine Tiberis satis longum, & quot annis reparationē aliqua
 indigeret, & duos alios in via que Romam ducit habetis, satisq; magnas impensas in reparatione illarum facitis, cogimus in tantę Diocesis ad contributionē
 & solutionē decimę antedictę, quare nobis humiliter supplicastis, & promissis attentis, vos ab huiusmodi onere relevare paternę benignitatē vellemus. Nos igitur huiusmodi
 supplicationibus inclinati: vos ab onere & solutionē decimę antedictę prorsus exemptos, & totatim liberamus, eidem Bernardino discretius inhibentes, & sub excommunicationis
 pena mandantes, ne vos ad solutionē predictę decimę, directe vel indirecte compellat, aut illius occasione quoquomodo moleset, promissis ceterisque in Contrarium
 facientibus, non obstantibus, &c. Datum Romę apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die quinta Septembris M. D. vij Pont. Sixti anno quarto.

Sigismundus

62

Liberatis hinc parva secunda (sic) hinc pendebat a Whitone decimas pro restaura-
tione patris Hummyn paret prope. Civitate Vbi Veronij hinc anno 1507.

Dilectis filijs - Prioribus Arceps
fidei terre me Aquenondente

